

- 18 ὑπομένειν; Ἔτι δ', ὡς Ἀρίστιππε, ὁ Σωκράτης ἔφη, εἰ δοκεῖ σοι τῶν τοιούτων διαφέρειν τὰ ἐκείσια τῶν ἀκυσίων, ἢ ὁ μὲν ἐκὼν πεινῶν, φάγοι ἂν ὀπίσθε βέλοιοτο, καὶ ὁ ἐκὼν διψῶν, πίοι, καὶ τὰλλ' ὡσαύτως· τῷ δ' ἐξ ἀνάγκης ταῦτα πάσχοντι ἐκ ἔξεστιν, ὀπίσθ' ἂν βέληται, παύεσθαι; ἔπειτα ὁ μὲν ἐκυσίως ταλαιπωρῶν, ἐπ' ἀγαθῇ ἐλπίδι πονῶν εὐφραίνεται, οἷον οἱ τὰ θηρία θηρῶντες, ἐλπίδι τῆς λήψεσθαι
- 19 ἠδέως μοχθήσει. Καὶ τὰ μὲν τοιαῦτα ἄθλα τῶν πόνων μικρῶ τινος ἀξιά ἐστι· τὸς δὲ πονῶντας, ἵνα φίλος ἀγαθὸς κτήσωνται, ἢ ὅπως ἐχθρὸς χειρῶ-
- σων-

ἐστι; *ibid.* II, 3, 18 ἐκ ἂν πολλῆ ἀμαθία εἴη; Plato Theaet. p. 138 F, πῶς ἢ πολλῆ ἀλογία; Sic etiam legebat Gilbertus Koenius, cuius immatura morte Graecae litterae fecerunt damni plurimum. *Ruhnke.* Sed Ernesti emendatio δὲ, seu si malis γῶν, pro γε minus est audax et arctius copulat orationem. Brodaeus ratio ἄλλως τε ἢ ἀφρ. quomodo possit probari, non video. Non magis ferri potest sententia viri docti apud Simsonem, qui locum construit ἐκ οἶδα ὅτι διαφέρει — ἄλλο γε, ἢ — et interpretatur, *Nescio quid interest — aliud, nisi quod insania adest volenti aerumnosa perpeti.* Igitur post ἄλλο γε ἢ putat intelligi ὅτι, inepte et contra loquendi usum. Vulgatam habent Codd. Florentini omnes. Sed Vatic. I. 2. 3 ἄλλ' ὡς γε ἢ ἀφροσύνη.

§. 18. τῶν τοιούτων] Pro his Leonclav. malebat τῶν τοιούτων, et pro ἢ Budaeus, probante Stephano, εἰ. *Wellsius* putat τῶν τοιούτων esse pro ἐκ τ. τ., ut referatur ad δοκεῖ, non ad διαφέρειν, non ex his tibi videtur etc. Sed nihil est, ad quod illud ex his referatur. Si quid libri iuarent, ac non nimis a vulgata lectione recederet coniectura, legerem ταύτη, *hactenus differunt, quatenus* etc. — ἢ ὁ μ. Sed non est necesse. Τα

τοιαῦτα intelligenda ea, quae ante commemorantur, πεινῶν, διψῶν, ῥιγῶν, ἀγρυπνεῖν etc. [Recte: atque ita genitivus τῶν τοιούτων, intellecta praep. ἐκ, quae fuisse videtur *Wellsii* sententia, refertur ad τὰ ἐκείσια et τὰ ἀκυσία, h. e. interprete *Hindeburgio*, ea quae ex his sponte fiunt: et, ea quae ex his coacte quis facit. Z.] et ταύτη *hactenus* intelligi potest. ἢ autem quare sollicitetur, non video. Itaque non necessarium cum *Cl. Reiskio* rescribere λυπηρῶν. Sensus est: *Nonne tibi videntur talium incommodorum et molestiarum eae, quas volens quis suscipit ac tolerat, ab iis, quas quis inuitus et coactus sustinet, differre ita (s. hactenus), ut (s. quoad) qui sua sponte esurit, edere tamen possit, cum velit* etc. *Ern.*

παύεσθαι] Scil. πεινῶντι, διψῶντι etc.

πονῶν] *Taylorus* ad *Lyfiam* p. 491, et ed. *Reisk.* p. 878 pro vulgato φρονῶν putat legendum πονῶν εὐφρ., ut melius respondeat consequenti ἠδέως μοχθήσει. Recte. Et sic habet MS. *Stob.* Itaque recepi. *Ern.*

οἷον οἱ] In edd. vett. et *Parif.* excidit οἱ, et apud *Stobaeum* p. 28 est οἱ δὲ, perperam. Deinceps *Parif.* 3 ἐλπίδων τῆς.

§. 19. χειρῶσωνται] Edd. vett. χειρῶ-